

adstipulari. *uerb. intr., tr.* FORMA astipulari^{x3}. ETYM ad, stipulari. DLAT adstipulatio, adstipulator, adstipulatus. [FREQ humilis 30^{indicia} 2,2^{/d.c.m.} 29-9 LIV] uocabulum rarum scriptis litterariis narrando (historiae) argumentando exponendo aptum, prosa tantum, usibus saepe mediis aliquotiens doctis, paucis auctoribus; a saec. I aec. inuenitur, sed fine Antiquitatis praeualeat; item scriptis technicis ad medicinam pertinentibus inueniri potest.

VARIATIO		indicia	p ^{/d.c.m. subc.}
OPERUM	exponendo	6	1,8
	narrando	20	3,9
	argumentalis	5	1
DIACHRONICA	I aec.	1	0,36
	I-II ec.	5	1,3
	III-V ec.	24	3,5
DIAPHASICA	media	28	2,5
	docta	2	1
DIASTRATICA	litteraria	28	2,5
	technica	2	0,76
MODUS	prosa	30	2,5

¶ *intr. a promissionem uel fidem alicui paciscere - solidarizarse o estar de acuerdo con, apoyar o secundar* [HYPER fauere] 29-9 LIV 39.5.3. non pendere ex alterius uultu ac nutu ... adstipularique irato consuli tribunum plebei. 79 PLIN Nat 7.154. annos Hellenicus quosdam in Aetolia Epiorum gentis ducentos explere, cui adstipulatur Damastes memorans Pictoreum ... etiam CCC uixisse. 330-430 Ps HEGES 5.8.2. Idu-maei quoque ad quinque milia Simonis partibus adstipulabantur. 📖 NON 69. adstipulari positum est adsentiri. GLOSS 4.9.42. Astipulatur adtestatur. 5.637.7. adstipolari adsentire. 4.203.30. astipulatus adiunctus.

IUS homini cuidam stipulationem agenti suffragari - apoyar o acompañar a otra persona en el acto de la stipulatio o petición de una garantía en un contrato, obligarse o comprometerse legalmente en ella 160 GAIUS 3.112. Ceterum potest etiam aliis uerbis uti adstipulator, quam quibus nos usi sumus. itaque si uerbi gratia ego ita stipulatus sim: DARI SPONDES? ille sic adstipulari potest: IDEM FIDE TUA PROMITTIS? uel: IDEM FIDE IUBES? uel contra. 📖 COD Theod 7.2.1.

tr. b interdum fide quae pacta fuerat per uocabulum expressa, modum confirmandi significauit - a veces, la confianza que se había garantizado fue expresada, y así se encuentra como 'garantizar' o 'confirmar' [HYPER confirmare] 125 APUL Met 10.24.4. tradit anulum marito subtractum, qui monstratus fidem uerbis adstipularetur. 330-430 Ps HEGES 1.42.4. Aduertebat odia sui crescere, nepotibus autem adstipulari misericordiam. 📖 COD Theod 7.2.1. quotiescumque se aliquis militiae crederit offerendum, statim de natalibus ipsius ac de omni uitae condicione examen habeatur, ita ut domum genus non dissimulet et parentes. nec tamen huic ipsi rei nisi honestissimorum hominum testimonio adstipulante credatur. GLOSS 5.262.16. adstiplantem spondentem cauentem.

immo hominis nomen cui confidebatur per acc. expressum est, fidei genus per gen. - incluso fue expresado el nombre de la persona en que se confiaba mediante el acc., y el tipo de confianza mediante el gen. 369 SYMM Or 2.2. ego Lucillum modestiae merae atque honestatis adstipulor.